Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 1295

Quelle:
Copyright:

Kados, kados, kados: El Sabaoth
Agios, agios, agios: kirios, o Theos, ton Stration;

Georgius, non *Gregorius*, ut quidam, Benignus, aliis Syracuſanus, aliis Raguſinus, aliis generatim Epirota vel Illyricus, ſed *Sebaſtiano Dolci* in *Faſtis lit. Raguſinis* p. 24. *Bosnienſis* ex familia *Dobrotich*, unde ſe *Benignum* dixit, cognomento Salviatus a Salviatis Florentinis, O. M. primum Callienſis, ut vidimus, Epiſcopus, dein Archiepiſcopus Nazarenus varia ſcripſit, quae habes in Mongitoris *Bibl. Sic. append. ad* T. I. Ughellii *Italia Sacra* T. II. *col.* 906. Fabricii *Bibl. med. et inf. Lat. edit. Patav.* T. III. p. 33. Item in Montfauconii *Bibl. Bibl. Mſs.* Lamii *Cat. Codd. mſs. Bibl. Riccard.* p. 208. Bandinii *Cat. Codd. Lat. Bibl. Laur.* T. I. p. 468. III. p. 214. Ex his tamen typis excuſa non novimus, niſi *Prophetices Solutiones.* Florentiae. 1497. 4. *Librum de Natura coeleſtium Spirituum, quos Angelos vocamus.* Florent. 1499. f. *Septem et ſeptuaginta in opuſculo Magiſtri Nicolai de mirabilibus reperta Mirabilia.* Ibid. f. a. 4. et *Defenſionem Joannis Reuchlini.* f. l. 1517. 4. In hoc ultimo Opuſculo Contemplationum noſtrarum ita meminit: *Ille ego, qui cum Callienſis eſſem Epiſcopus, et ſanctae Crucis Cardinalis Reuerendiſſimi, ſedisque Apoſtolicae Legati meritiſſimi veſtigia ſequerer, Germanicas* Contemplationes, *quarum altera de* Chriſtianae victoriae vexillo, *altera de Virginis Matris aſſumptione mirificos Tractatus continebat, edidi. Nunc Romae Archiepiſcopus Nazarenus exiſtens* &c.

CCCXXXIII.

Codex membraneus lat. Sec. 764
XII. Folior. 89. 8. luculente exaratus, rubricis diſtinctus et olim *Sanctae Margarete in Oſterhouen*, quod ab a. MCXXVII. nobile in *Bavaria* Canonicorum D. *Norberti* Collegium fuit, complectitur ſequentia: I. *Incipit Acervus Teſtimonii De Uirginitate Partus Beatę Marię.* Initium Prologi: *Lector Diuinorum non tam pompam uerborum quam rerum ueritatem in his que dicuntur perpendere debet.* &c. Occaſio ſcribendi mox ita exponitur: *Eſt queſtio de beate Marie partu. utrum chriſtum more aliarum feminarum genuerit. ſcilicet quod illius naturę contumelias paſſa fuerit. an ſicut conceptus ita et partus diuinus extiterit. Sed unde in queſtionem hoc uenerit. cauſa hec eſt. Libellus ſancti ieronimi de uirginitate beatę marię contra beluidium quem eatenus usque id temporis non uideram nec legeram. uenit in manus. Legi. placuit. quia eandem ydram in profanis capitibus ſuis ſtrenue ac irrecuperabiliter ſuffocauerat. Ueruntamen in ultima eiusdem monſtri capitis ſucciſione reliquit germen. unde ſimpliciores*